Borbola 6-26

Nos Alfonsus Dei gratia Rex
Aragonum, Sicilie, Valencie, Majoricarum, Sar-
dinie, et Corsice, Comes Barcinone, Dux Athe-
narum, et Neopatrie, ac etiam Comes Rosilionis
et Ceritanie. Attendentes vos fidelem nostrum
Michaelem de Puesla domicellum ex concessioni-
bus Illustrißimi domini Regis Ferdinandi Pa-
tris nostri memorie recolende, et nostra tenere et
poßidere, seu quasi tres Cavallerias in Judaria
de Exea, et unam in Juderia de Sos, et de Uncas-
tiello ad beneplacitum duntaxat prout in vestris
provisionibus, et conceßionibus, sive cartis ad quas
illa referimus continetur. Cumque vos dictus Mi-
chael nostri Majestati humiliter supplicaveritis
ut cum in nostri servitio maximas expensas, et labo-
res feceritis, et sustinueritis specialiter in Regno Nea-
polis ad quod pro nostro servitio transfretastis, et ibi-
dem damna, et expensas varias suportastis concessioné
Cavallariarum ad beneplacitum predictarum ad vitam
vestri extendere cartasque, seu provisiones de dictis
Cavallarijs vobis factas per dictum Regem, et Nos
ad vitam vestram de novo ampliare dignaremur, Nosq
dicta vestri servitia recensentes, et attendentes quod re-
muneratio servitiorum debiti exhibitio est vestris suppli-
cationibus inclinati. Tenore presentis quatuor Cava-
llarias predictas ad vitam vestri dicti Michalis de Pues-
la provisionemque dicti domini Regis Patris nostri

et nostram vobis ad beneplacitum ut predicitur concessã
ad dictam vitam uestram ampliamus, ac ducimus extin=
dendam, easdemque quatuor Cavallarias vobis eidem
Michaeli dum vixeritis de noua concedimus, ac duci=
mus presentium serie largiendas. Mandantes per hãc
eandem Gerenti vices Gubernatoris, et Justitia, ac Bajulo
generali Regni Aragonum, nec non Justitijs, Juratis, et
probis hominibus dictarum Villarum de Exea, de Sos,
et de Vncastiello, et alijs quibusvis qui ad prestationem,
et solutionem dictarum Cavallariarum, seu alicujus
earum teneantur, seu quovis modo sint obligati quatenus
vobis dicto Michaeli dum vitam duxeritis in humanis
et nulli alij de juribus, seu redditibus dictarum Cavalla=
riarum, et cujuslibet ipsarum respondeant, et respon=
deri faciant, earumque, et ampliationem nostras hujus=
modi teneant firmiter, et observent, teneri que, et obser=
vari faciant, et non contrafaciant, vel veniant aliqua
ratione seu causa cum Nos de certa scientia, et consulte
sic fieri velimus, et exequi. In cujus Rei testimonium pre=
sentem fieri jussimus nostro sigillo communi impendenti
munitã. Datã Valentia die decimo quinto Martij anno
a Natiuitate domini millesimo quadringentesimo vigesi=
mo quarto. Rex Alfonsus.

Dominus Rex Mandauit mihi fran=
cisco Darinyo.

Sig num mei Antonij Reart Torrisselli S.C. ac Regia Magestatis
Mandati scriba Corona Regni Aragonum cum exercicio
in presenti generali Cathalonia Locumtenentia in eademque Locumte=

Grat. 4. an. 1419. usq. 29. fol. 74.

GOBIERNO
DE ARAGON

nentis Prottonotti ac Regij Archiuarij. Qui huiusmodi copiam alie-
na manu in praecedenti papiri folio scriptam extraxi a Regestro quo-
dam in Regio Archiuo Barcinonae custodito intitulato Gratiarum iiij°
annorum MCCCCXLIX. vsque XXLIX. a folio eiusdem LXXIV. Quam cum suo ori-
ginali comprobaui et ad eiusdem pleniorem fidem eandem solito quo
suppra meo quo vtor apposito signo clausi. In quorum testimonium
vt vbicumque terrarum orbis pateat me esse verum fidelem et legalem
Regium suppra memoratum Archiuarium, quodque instrumentis om-
nibus per me a dicto Regio Archiuo extractis, clausis, et subsigna-
tis fides vbique indubia hadibetur et est hadiberi solitum in ju-
dicio et extra, praesentem sigillo Regio parvo in posse meo
existenti vti Commetente Prottonotti supradicto, et apponi soli-
to in legalizationibus instrumentorum quorumcumque muniui. Bar-
cinonae die decima septima mensis Aprilis anno a Nat.
Domini Millessimo sexcentessimo sexagessimo secundo.